

nitati, procedit, ubi esset consuetudo, quod omnes de familia, siue de consanguinitate reuocare soleant ad animum inu...

ponit Farinac. quest. 54. numer. 9. ubi late, & quest. 60. numer. 68. imò nec cum accusatore habentes continuam conuersationem, ut ibi numer. 69. affinis tamè procuratoris non repellitur...

u. Quæ quidem conclusio. Notabile dictum, quod consanguineus repellatur a testificando contra reum ad offensam, & hic adde, quod etiam filius testificatur pro Patre, dummodo...

x. Sed ad defensionem. Farin. ubi sup. num. 33. Ros.

sed ad defensionem. Affines & consanguinei admittuntur ad defensionem, & ad probandam innocentiam rei, Farinac. q. 54. numer. 33. non tamen admittuntur ad reprobationem testium...

y. Supra quest. 21. versic. vnus testis. Ibi tantum docet quis dicatur testis integer. Drogh.

z. Item infamis. Adde, & declara quatuor modis, & per Iacob. Menoch. de arbit. iudic. libro primo, quest. 27. numer. 7. Giach.

z. Item infamis infamia iuris. Adde uidentium Menoch. de arbit. iudic. quest. 27. & Mascard. de probat. conclus. 1356. ubi latissime, quando testes infames testimonio repelluntur.

61. Item adde, quod si illa dicitur infamia iuris, quæ secundum leges ciuiles, vel ipso iure, vel mediante sententia est, Abb. in cap. 1. de accusat. & inf. mia facti dicitur, vbi quicque est...

sum. trin. & fide Catho. & Couar. pract. qq. cap. 18. num. 1. & 62. infamia si iuris non probatur nisi per sententiam, uel per confessionem delinquentis, quamuis delictum probetur per testes, laired. in decisi. 304. Viui. opin. 371. numer. 2. & infamia si probatur per testes, etiam nullo modo iuratos, Marfil. in singul. 109. & quomodo probetur infamia...

22. cap. 33. post num. 2. Sed ad defensionem ego uis multo- ties examinari affines ad probandam innocentiam rei, iuxta ea quæ dixi infra versic. item scias, & quandoque etiam ad offensam, licet non sint integri testes, iuxta ea, quæ dixi supra q. 21. vers. vnus testis.

13. Item infamis infamia iuris prorsus repellitur a testificando in causa crimina-

67. Item adde, quod berroartij infames infamia facti, ex vi- lissimi vni ceciderunt, Bero. in quest. 84. & quibus casibus eorum testimonium admittatur, vide late per Mascard. de probat. conclus. 189. lib. 1. & dicam infra quest. 25. numer. 25.

69. Item adde, quod iudæus si est infamis infamia facti, cunctos populos C. de summatio. & fid. cath. & regulariter iudæus non potest esse testis contra Christianum, nisi in criminibus exceptis, Mascard. de probat. conclus. 944. numer. 9. & per totam & quo pacto si iurare debeat.

72. Item adde, quod testes infames, periuros, & criminosos, Papa ad testificandum habilitare potest, & alios inhabiles, nisi sint inhabiles ex dispositione iuris naturalis, ut sunt inimici, & furiosi, vel quod reddat testimonium in concilio Principis, quia tunc non possent habilitari late Corset. in singul. iuris in versic. testis 14. incip. communis conclusio.

75. Item adde, quod infamis potest dicere testimonium contra infamem, Angel. in l. arenam, C. de inoff. testam. quem refert, & sequitur Crau. conf. 178. nu. 3. iuxta si. Hoc tamen limita pluribus modis, vt per Afflict. in constit. mores num. 23. sed prima opinio est communis, secundum Viuium opin. 918. vol. 3.

76. Item adde, quod testis si esse potest contra producentem is, qui productus iur pro producente, licet infamis vel periurus, nisi si causa de nouo emerit leg. si quis testibus, Cod. de testibus, & Bald. in leg. prim. §. bestias post princip. ff. de postul.

78. Item adde, quod si testis fides non minuitur ex superueniente infamia, Ruin. conf. 15. num. 6. uol. 5.

79. Item potest si esse testis infamis restitutus ad famam, Fely. in cap. cum Ioannes. de fid. mltum. numer. 11. non aptè emendatus si ex quo tum committatur infamia, quæ cessante causa non cessat, ut per Tiraq. in tract. cess. caus. limit. 2. numer. 11. & seq. Etan si testis habilis tempore iuramenti, & inhabilis tempore depositionis sit admittendus, & quod tempus sit inspicendum, vide Alber. de Rolat. in tract. de testib. §. consequenter num. 31. in 1. part. qui distinguit, vt in concernibus solemnitate testimonium producendorum considerandum sit tempus iuramenti in concernentibus fidem utrumque tempus, sed x. Alexand. in consil. 78. numer. 10. volumin. 1. tempus iuramenti non depositionis inspicendum est, & Roland. consil. 41. numer. 43. uolum. 1. Ruin. uero in consil. 188. numer. decimoquinto, uolumin. 1. quod attenditur tempus depositionis.

82. Item adde, quod si testis infamis infamia iuris non repellitur a testimonio, & facit semiplenam probationem, cum de gestis a seipso deponit, Paul. de Cast. in leg. 2. §. si absens, ff. si ex nox. causa Socin. iun. consil. 61. numer. 16. uolum. 2. Grammat. consil. 58. num. 18. & Menoch. de arbit. iud. casu 99. numer. 10. uidelicet, si non agit de proprio commodo, & incom-

incommodo, & affectionem non habeat ad causam, Tiraq. de retract. §. 1. gloss. 14. numer. 50. & nisi quando deponeret de facto etiam a se gesto, quod habere admixtum factum parit, ut per Zuccat. in l. fin. C. de edict. Diui Adria. toll. numer. 293. quem sequitur Bertaz. in consil. 284. numer. 8. & nisi etiam, quando laus uel opprobriū posset ipsi testi obuenire, quia tunc ei non creditur, Curt. iun. in consil. 165. numer. 21. uolum. 2.

83. Item adde, quod quando excipitur contra testem ob infamiam, uel periuriū, uel aliam similem exceptionem non est specificari locus delicti, tempus, & alia circumstantia, ut tradit Bart. in l. 3. lege Iulia, numer. 4. ff. de testi. Ang. de malef. in uers. quod iudex. statuit numer. 27. & hanc opinionem ait esse communem, Foller. in pract. crim. in uers. sic consistuntur num. 60. & magis communem asserit Viu. commun. opin. in uers. testimonium criminoforum. & Boer. decisi. 321. numer. 3. dicit aduertendum esse, quod licet in oppositione ad testes exacta requiratur expressio, loci, scilicet temporis, & aliarum circumstantiarum, diei tamen, & horæ non exigitur expressio, dummodo mensis, & annus specificentur, nisi dies, & hora essent de substantia materiæ in articulis deductæ.

85. Item adde, quod infamis si infamia facti, etiam quod sit emendatus, non debet admitti, nisi fama sit restituta, vt not. in cap. testimonium de test. & ibi Fely. in 2. conclusionem, Alexand. in consil. 32. col. fin. vol. 6. & Ferret. in consil. 387. numer. 2. vol. 2. Adde nisi in casibus, in quibus specialiter inductum est, ut infames admittantur. Hippol. consil. 101. num. 18. uol. 2. & 102. num. 15. & 119. num. 14. vol. 2. Et hoc tamen intellige, in quibus casibus admittantur Campes. in tract. de testi. reg. 29. 30. & 31. & Crot. in d. tract. in 3. par. num. 20. cum seq. & in 4. par. num. 62. cum seq.

86. Item adde, quod ubi testis infamis est torquendus ad hoc, vt probet, si leuiter fuerit tortus, non dicitur tortus, & peti potest, vt sufficienter torquatur, alias ei non creditur, cum habeatur pro torto, & si esset mortuus, similiter ei non crederetur perinde, ac si eius depositio sine tormentis facta fuisset, cum factum minus legitime habeatur pro non facto, ita multum eleganter tradit Ioann. Anton. de Nigr. in cap. 7. frequens, numer. 51. & ibi idem dicit de socio criminis, & de similibus, qui sine tortura non probant.

87. Item adde, quod testis infamis infamia facti, & testis ualde dignus plenè probant, vt not. Doct. in l. si quis ex argentea, §. cogentur, ff. de eden. vbi Bald. & Ang. & Rol. conf. 98. num. 6. vol. 4.

88. Item adde, quod in subsidium ita admittuntur testes infames infamia iuris, sicut infamia facti, Socin. in reg. 51. 5. nisi si à lege, vel statuto requirentur testes omni exceptione maiores, quia tunc etiam infamis infamia facti repellitur a testimonio, ut Bald. in leg. optimam, Codice, de contrahen. & committen. stipul. & Socin. in regul. 416. secunda Fallent. scilicet, cum tortura, Grammat. decisi. 35. numer. 58. & consil. 58. numer. 3. Menoch. de arbit. quest. 27. & Mascard. de probation. conclusion. 1356. numer. 52.

90. Item adde, quod infamis si quando habetur pro non infami, potest esse testis, gloss. in l. cum lex in fine, ff. de testam. & Alex. in consil. 138. num. 2. vol. 1.

91. Item adde, quod testis si infamis potest esse testis, si à principe fuerit dispensatum, vel in crimine læsæ maiestatis, vel cum infamia alterius sit detegenda, vel in subsi-

dium cum tormentis, Menoch. de arbit. iud. quest. 27. num. 70. & quando Papa, si uel Princeps possit dispensare infamem, ut admittatur ad testimonium, uide Fely. in capit. testimonium num. 22. cum seq. de test.

93. Item adde, quod si condemnatus si de infamia appellat, & aliter veritas haberi non potest, tunc utique admittitur testis infamis hac infamia facti cum tortura. Et ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Aret. in cap. 1. num. 40. de accus. Vide, quæ dixi infra quest. proxima circa principium.

94. Item meretrix non potest esse testis in criminalibus. Et ita tenent communiter Doctores vt dicit Iaf. in l. cum eos populos, in 2. lect. num. 54. C. de sum. Trin. & post eum attestatur hanc esse com-

famis, vt per Bald. in l. de cutionem, circa fin. C. ex quibus cau. infamia irrog. quem sequitur, & refert Marfil. in consil. 9. num. 39. in l. lege Cornelia, ff. de sicar. adeo, quod in facto graui non potest esse testis absque tortura, secundum, Bald. in auth. si dicatur colum. fin. C. de testi. quem refert, & sequitur Viu. opin. 770. num. 5. vol. 2.

96. Item adde, quod opponens si testem esse infamem, non facit retardare eius examinationem, sed hæc exceptio referuatur in fine iudicij, nisi pars uellet eam incontinenti probare. Viu. opin. 977. num. 4. uol. 3. Baiard.

a. Et hoc sine controuersia. De teste infami Farin. q. 86. vol. 2. vbi in principio explicat, quæ sit infamia, & quotuplex, & art. 1. num. 26. de infamia iuris art. uerò 2. numer. 10. de infamia facti. Ros.

b. Vbi aliter veritas haberi non potest. Supplè dummodo articuletur, atque probetur, quod aliter veritas haberi non poterat, alias secus, vt per Roland. consil. 3. numer. 48. lib. 3. Giach.

c. Cum tortura. Intellige, vbi plures defectus non militarent contra eum, vt per Roland. d. suo consil. 3. numer. 49. cum tribus seqq. Giach.

d. Questione proxima circa principium. Adde, quod nec tamen ibi distinguit, sed simpliciter dicit. Drogh.

e. Item meretrix. Boff. de indit. & considerat. num. 170. & 185. Vulpell. respons. 34. Farin. q. 56. art. 9. Ros.

97. Item meretrix. Adde, quod potest dici si meretrix, quæ uni tantum consentit cum mercede, secundum Lucam de Penn. in l. si qua in principio, C. de spect. & sani. lib. 11. & Bald. in l. idem, §. quoties de cond. ob. turp. causi. Sed Viuius commun. opin. opin. 679. numer. 4. impugnat Lucam de Penna, & Afflict. cum seq. dicens, quod illa dicitur meretrix, quæ duos, & non plures ad coitum aduasiit causa questus, & quod dicitur publica meretrix, & meretrix si est infamis infamia facti. palam, §. quæ adultetio, ff. de rit. nupt. Paris. consil. 54. numer. 49. vol. 4. Et quæ si dicatur meretrix, vide Couaru. 2. part. relect. cap. 2. numer. 4. & Franc. decisi. Neap. 68. & qualiter probetur aliquam esse meretricem, Sylu. de nupt. in uerb. non est nubendum num. 145. Roland. consil. 63. numer. 14. volum. 3. & consil. 74. numer. 20. volum. 1. Alexand. consil. 13. numer. 23. volum. 7. vbi dicit, quod potest probari per eum, qui cum ea concubuit, Paris. consil. 54. numer. 48. uol. 4. Crauet. consil. 23. Nat. consil. 205. in fin. Burfat. consil. 69. numer. 16. Bald. consil. 208. volum. 4. Alexand. consil. 77. vol. 7. Gabriell. commun. conclus. lib. 1. conclus. 2. titul. de testib. & vltimo loco uide Mascard. in tract. de probat. conclus. 1063. uolumin. 2.

98. Item adde, quod si illa, quæ amoris causa sui copiam fecit amanti, non dicitur meretrix, Menoch. de arbit. iudic. casu.



casu 328. & esset idem si auro obcæcata fuisset, secum dum Adden. ad Bertaz. in conf. 134 in littera C, quod forsitan verum esset considerata paupertate mulieris, & quantitate pecuniarum & quod vi tantum complacuisse.

101 Item adde, quod meretrix emendata non est fide digna, glossa & Jacob. in l. testium fides numer. 14. ff. de testib.

102 Item adde, quod statutum prohibens, quod meretrix non possit examinari, non comprehendit meretricem nuptam, Alex. & Sicul. in addit. ad Bald. in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iudex, & Arno. epit. 19. Baiard.

103 Quæ autem dicatur meretrix. ] Adde. Menoch. tract. de arbitr. iud. casu 328. lib. 2. cent. 3. & not. quod mulieres regulariter, etiam quod non sint meretrices repelluntur Crauet. conf. 178. sub num. 3. vide ratione apud eundem Crau. de antiqu. par. 1. vers. quaritur etiam num. 37. Drogh. g. Quæro nunquid. ] Farin. quaest. 56. num. 2. art. 7. num. 240.

De carcerato, vel accusato ibidem artic. 4. numer. 167.

De iudeo heretico, & infidelibus. artic. 6. numer. 205.

De criminoso, q. 56. art. 3. num. 126.

De excommunicato, & alijs, nempe adultero, concubinario, latrone, usurario ibid. Res.

Quæro, nunquid constitutus in peccato mortali. ] Adde, quod testis,

103 qui est in peccato mortali, quia confessus non fuit tempore debito parrocho, a testimonio non repellitur non secuta declaratione, quod propterea excommunicationis nexu sit innodatus, Soc. iur. in consil. 32. num. 28. uolum. 1. quem refert, & sequitur Vulpell. in consil. 53. in fine. Baiard.

h. Scias tamen, quod semel conuictus. ] Et est notandum contra frustatos, & similes personas. Adde tamen, quod testis, licet sit infamis, nihilominus recte deponit de gestis a se ipso, Menoch. d. tract. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. casu 92. nu. 8. cum seqq. stant que simul, vt quis sit infamis, & tamen veritatem dicat, Menoch. d. tract. de arb. iud. lib. 1. q. 23. in principio, & refert Eusebius de Euangelica præpar. lib. 2. cap. 11. Nam quamuis (ait) neque necessario neque probabiliter dicant, tamen quia rem suam enarrant, æquum est, vt eis fidem adhibeamus, uide Crauet. conf. 178. num. 7. conf. 73. num. 29. & 30. dixi supra ad quaest. 21. vers. vnus. Drogh.

104 h. Scias tamen. ] Adde, quod sola confessio facta in iudicio sufficit, quia efficitur infamis, vt per Bartol. in l. i. c. tunc

fustium nu. 3. ff. de his, qui notan. infam. & Mascard. de probat. concl. 895. num. 13. & 14. & ad istam quaestionem, quando emendatus possit esse testis in causa criminali, vide Felyn. in c. testimonium de test. & quomodo probetur, quod 106 sit emendatus, Mascard. de probat. conclus. 600. vol. 2. &

ad repellendum testem tanquam criminiosum, non sufficit quodlibet crimen, sed requiritur, quod sit animaduersione dignum, & non leue, Nat. in conf. 161. num. 10. uol. 1. & Mascard. de probat. conclus. 27. num. 2. Baiard.

107 Adde, quod quando aliter veritas haberi non potest, dictum impuberis non solum facit indicium ad inquirendum, sed etiam ad torturam, secundum Marsil. in pract. crim. §. diligenter nu. 80. & Alber. de Ros. in l. testimonium. ff. de testib. dicit, quod quando delictum aliter probari non potest, nisi per minores, quod

108 tunc duo impuberes probant delictum quem refert Marsil. in d. diligenter num. 82. & in l. infames col. pen. vers. etiam illud dictum, C. ad l. Corn. de sicar. quod dicit esse singulare verbum, & Gra. conf. 45. num. 21. & iuramentum est deferendum pupillis de veritate dicenda, si sunt doli capaces, Franc. Marc. in deci. 792. part. 2. & quando possit

109 impubere dicere testimonium, Mascard. de probat. concl. 1246. vol. 3. & dicit Marsil. in l. 1. C. ad leg. Corn. de sicar. & in d. l. infans col. 3. quod ipse conuicit quandam maritum, qui vxorem haurientem aquam in puteum proiecit, per duos infantes suos, quæ refert, & sequitur Boer. in deci. 162.

110 Item adde, quod testis impubes potest leuiter torqueri, non vt plene probet. sed vt faciat quale indicium, & non debet intelligi de infante, sed de eo, qui est proximus pubertati, ita late per Brun. in tract. de indic. & tort. 4. quaest. 2. part. num. 16. cum seq. & vide, quæ posui infra in quaest. 64. vers. quæro nunquid minores.

111 Item adde, quod si minor torqueri non debeat, & fuerit tortus, an faciat indicium; Bart. in l. maritus, ff. quaest. & Marsil. in l. 1. §. dicit Antoninus in princ. ff. eod. Baiard.

k. Ceterum illud est indubitatum. ] Adde Dec. in l. femina, num. 11. vsq. ad ff. de reg. iur. At de istis impuberibus, qui testificari non possunt, vt. rex. in l. excipiuntur. ff. ad Syl. Drogh. H abes

112 Habes igitur plures causas. ] Adde, quod videndum Afflict. in constit. mores dissolut. num. 1. cum sequen. fol. 228. vbi ponit quadraginta duas causas, ex quibus a testimonio repelli potest. Baiard.

in Lib. 2. §. testis. ] Vt domestici; Farinac. q. 55. inspect. 1. familiares, famuli, ancillæ, serui, Farin. d. q. inspect. 2. num. 117. subditi, vassalli, inspect. 3. num. 181. coloni, inquilini, emphiteutæ inspect. 4. num. 213. & amici inspect. 5. num. 252. Ros.

113 Scindū est tamen, aliter veritas haberi non potest, quod quando delictum aliter probari non potest, nisi per minores, quod tunc duo impuberes probant delictum quem refert Marsil. in d. diligenter num. 82. & in l. infames col. pen. vers. etiam illud dictum, C. ad l. Corn. de sicar. quod dicit esse singulare verbum, & Gra. conf. 45. num. 21. & iuramentum est deferendum pupillis de veritate dicenda, si sunt doli capaces, Franc. Marc. in deci. 792. part. 2. & quando possit

114 impubere dicere testimonium, Mascard. de probat. concl. 1246. vol. 3. & dicit Marsil. in l. 1. C. ad leg. Corn. de sicar. & in d. l. infans col. 3. quod ipse conuicit quandam maritum, qui vxorem haurientem aquam in puteum proiecit, per duos infantes suos, quæ refert, & sequitur Boer. in deci. 162.

115 Item adde, quod testis impubes potest leuiter torqueri, non vt plene probet. sed vt faciat quale indicium, & non debet intelligi de infante, sed de eo, qui est proximus pubertati, ita late per Brun. in tract. de indic. & tort. 4. quaest. 2. part. num. 16. cum seq. & vide, quæ posui infra in quaest. 64. vers. quæro nunquid minores.

116 Item adde, quod si minor torqueri non debeat, & fuerit tortus, an faciat indicium; Bart. in l. maritus, ff. quaest. & Marsil. in l. 1. §. dicit Antoninus in princ. ff. eod. Baiard.

k. Ceterum illud est indubitatum. ] Adde Dec. in l. femina, num. 11. vsq. ad ff. de reg. iur. At de istis impuberibus, qui testificari non possunt, vt. rex. in l. excipiuntur. ff. ad Syl. Drogh. H abes

117 Item adde, quod licet inhabiles admittantur, quando veritas aliter haberi non potest, non tamen admittuntur inimici, vt per Grammat. consil. 45. numer. 19. & Ioann. de Arnon. in folio 53. inimicus ubi plene, & Bertaz. conf. 528.

ubi dicit, quod nec etiam in articulo mortis, nec in crimine læsæ maiestatis, uel hæresis nec iudex potest admittere testes inimicos, quando aliter veritas haberi non possit, etiã quod liberum haberet arbitrium Menoch. de arbitr. iud. quaest. 28.

118 Item adde, quod in casibus, in quibus testes inhabiles admittuntur, non probat plene, sed solum faciunt qualem qualem probationem, vt dicit Aret. in capit. cum nuncius, col. 2. in fin. de testib. Gramm. conf. 59. nu. 12. & consil. 45. nu. 24. Alex. conf. 64. lib. 1. Marsil. conf. 31. n. 30. & Carrer. In pract. crim. lobseruare, nu. 165. vbi dicit, quod admittuntur ad torquendum, non autem ad condemnandum, & Corfett. consilio 217. uolum. 1.

119 Et isti testes inhabiles quando admittuntur, ita demum eorum dictis, fides adhibetur, si uerisimilia deponunt, Angelus consil. 367. col. fi. & Crauet. conf. 35. num. 7. & si ex uerisimilibus coniectionibus, ex numero testimonium, & ex qualitate tam deponentium, quam eorum, contra quos deponitur, ac alijs circumstantijs sic testificantes, non salia dicere præsumuntur, ut dicit Gondizal. in tractatu de hæret. q. 13. num. 12.

120 Item adde, quod in delictis factis de nocte testes inhabiles admittuntur, Alex. consil. 156. num. 20. lib. 5. Crauet. consil. 178. num. 2. uol. 1. & de delictis, quæ sunt in domo, quando inhabiles admittantur, Ruiuus consilio 158. numero 12. uolumine secundo, & in crimine stupri, for stuprata, & alijs familiaribus admittuntur, & faciunt indicium, Dec. consilio 343.

121 Item adde, quod admittuntur inhabiles, quando proceditur ex officio, non autem ad instantiam partis, ut per Gram. d. conf. 45. num. 12.

122 Item adde, quod testes inhabiles, quando admittuntur, debet probari per producentem, quod per alios probari non potest, Capell. Tholosan. decisione quarta. Grat. consilio 59. num. 38. uol. 2. Alex. conf. 64. col. pen. uol. 1. Gram. consil. 45. numer. 10. nec sufficit, quod testes ipsi deponant, non posse probari per alios testes, ut per Alexan. & Conf. in locis præ-

123 citatis, sed ista qualitas non debet probari, cum a iure præsumatur, ut est quando de nocte committitur delictum, uel in nemore, sed tantummodo probari debet, quando a communiter accidentibus facilis est probatio, ita declarat Bond. in consilio 54. numero 43. & sequent. inter consil. crimini. diuers. uolumine 2. magnæ impressionis: sed hec non uidi seruati in practica.

124 Item adde, quod testes inhabiles possunt de consensu partium habitari, & ualidari, Marsil. sing. 92. & in l. 1. §. ad quaestionem num. 14. ff. de quaest. & in rubr. de probation. cap. 1. nu. 117. & Alex. in consil. 122. num. 8. uolum. 2. ubi tenet, quod inhabilitas testis expressè, uel tacite remitti potest, & testes contra fe produci patiens, nihil excipiens, siue protestans, uideatur consentire, Spec. in cap. per uas, de donatio. inter uir. & uxor. col. 4.

125 Item adde, quod testes inhabiles admittuntur, quando sumus in his delictis, in quibus ueritas aliter haberi non potest, quando deponunt tantummodo de facto inquisiti, siue inculpati; secus uero si deponunt de aliquo facto proprio, scilicet de eo, quod ipsi fecerunt, quia tunc eis non creditur, Marsil. consilio 74. numero octauo, decisio. Pedemont. 79. num. 42. Grat. in consil. 59. num. 39. uol. 2. Marsil. in consil. 102. numer. 7. Gram. conf. 45. num. 24.